

in statu uie. et si homo stetit supna ciuitas
suorum diuini numerositate nequaquam fraudata
esset. ponendum est quod homo in statu inocentie
generare poterat et genuisset. et quia nec uir
per se nec mulier per se suffecisset ad gignendum
ideo per mixtionem fieret coniunctio unius ad
alterum et mutuū sibi preberet auxilium in pre-
sentatione prolis ad multiplicandum genus humanū
Et ideo credende sunt rationes ostendentes quod si
homo stetit et esset gignatio et sexuum mix-
tio. Ad illud quod primo obicitur in oratione de
uerbo aug. in li. de bono et malo. quod mortale
non uocatur ibi quod habet necessitatem in mori-
endo. sed mortale dicitur generaliter per uitam aialē
in qua sola potest fieri gignatio. quia in ea sola
potest fieri gignatio. quod ea sola potest fieri decisio
et restauratio. et quia hec mortalitas poterat
esse in statu inocentie quāuis non in statu
glorie. ideo patet illud. Ad illud quod obicitur
de uerbo Dam. quod damascenus non uult
dicere quod non est gignatio si homo stetit. sed quod
non esset per eum modum per quem est modo. scilicet cum
libidine et seditate. Preterea ipse non dicit
quid deus faceret sed quid facere posset.
Ad illud quod obicitur. data est uis gignatiua quod
perpetuaretur corruptibilia. quod illa non est
ratio tota. imo ratio principalis et fide quā igno-
rauit phis est propter multiplicandem numeri
electorum quā deus sic disposuit facere successi-
ue propter multiplicem congruentiam sicut supra ta-
ctum est. uidelicet propter diuine glorie manife-
stationem. tunc propter hominum maiorem coniunctionem
ut magis adinuicem se diligerent. tunc etiam propter
uniuersi decoris et perfectiōis que non solummodo
attenditur sed esse permanentis imo etiam esse
esse decurrens. decursus autem in rebus irrationali-
bus debet esse secundum ordinem et exigentiam ad res
rationales propter quas facte sunt. Ad illud
quod obicitur quod mixtio sexuum est opus carnale.
quod caro uno modo sonat in uitium sicut illud
Gal. v. Caro occupat aduersus spiritum. Alio
modo caro dicit naturam sicut illud Ephe. v.
Nemo carnem suam odio habuit. Et sic carnale
potest dici dupliciter. uel a carne per quam dicit naturam.
uel a carne per quam dicit uitium. et hoc ultimo modo
in primo statu sexuum mixtio non esset car-
nale opus quod non esset ibi uitiositas. et tunc opus
carnale per quam caro sonat in naturam. et nihilomi-
nus esset spirituale opus. quia natura et opus na-

ture concordat spiritui gratie.

Secundo queritur utrum in illa mixti-
one esset seminum decisio. Et quod sic
uidetur. Generare est de substantia sua
aliquem producere. sed nemo producit aliquem
de substantia sua nisi det ei partem substantie sue cum totam
dare non possit nisi solus deus. partem autem
substantie non dat nisi decidendo a se. ergo etc.
Item filius a patre et matre generatur non
tamen effectiue sed etiam materiali. sed quicunque
aliqua duo sunt materia unius necesse est adin-
uicem uniri et amisceri per se totam uel per aliquid
sui. illud autem in quo uniuntur non solum habet
rationem materialis sed etiam efficiētiā. et tale uoca-
mus semen. ergo si homo stetit et nihilomi-
nus generatio esset per mixtionem seminum.
Item uir ex suo coitu mulierem fecundaret.
sed hoc non esset nisi aliquid impartiretur ne-
cessarium. quia natura illud sibi seruaret. ergo
impartiretur alimentum superfluum. et hoc est se-
men. ergo fieret seminum mixtio. Item a
primaria additione habuerunt uir et mulier ua-
sa susceptibilia et idonea ad humoris seiarum
generandem et decisionem et mixtionem. et illa
sunt que sunt organa uitae generatiue. er-
go in gignatione prolis naturale est semine de-
scindere. ergo si homo gignaret tunc per quem ope-
tebat nature in statu inocentie. fuisset mix-
tio seminum. Sed 5. Semen est superfluum
nutrimenti. ubique autem est superfluitas ibi est
uitiositas. sed in natura instituta non erat ui-
tiositas. ergo nec superfluitas. ergo nec hu-
mor searius. Item humor est superfluitas
tertie digestiōis. sed si homo stetit non esset
in eo superfluitas secunde digestiōis. utpote
stercus et urina. ergo nec superfluitas tertie.
Prima patet per philosophum. Secunda manifesta est
quia ille superfluitates nunquam sunt sine sedita-
te et ignominia. ergo si seditas et ignominia
non sunt in homine nisi per culpam. nullo modo esset
in eis superfluitas. Item si esset in eis semen
aut esset ueniens proprie complexionis. aut non.
Si non. ergo non uidetur quod de eo deberet
uel possit proles generari. Si sic. sed natura
generaliter tenet quod est sibi ueniens et si expellit
hoc non est per naturam sed per uolentiam. si ergo
in statu inocentie homo hominem generaret non
uiolenter sed naturaliter. uidetur quod in generatio-
ne semen non amitteret. Item actualis decisio

ptis a parte e uia ad corruptione. n̄ tōdebat ergo generando semen non decindebat.

R. dicendū q̄ tūz generatio prolis q̄tū est de ordine 7 potestate nature habeat fieri p̄ coniunctionē 7 diuisionē duorum sexū in hominibus qui respectu prolis se habēt per modum materialis 7 efficientis. ita q̄ ratio materialis plus residet penes mulierem. et efficiētis siue actiui plus residet penes uirū. necesse ē ad generationē aliquas particulas tam a muliere q̄ a uiro descindi in quibus esset uirtus 7 ratio seminalis respectu corporis propagadi. quia ergo hic est erdo nature non solummodo lapsē sed etiam institute. ideo dicendū est q̄ in statu inocētie 7 uir 7 mulier per decisiōnē semini generassent.

A. Ad illud ergo quod obī in contrarium de seminis superfluitate. dicendū q̄ est superfluitas residuitatis 7 est superfluitas impuritatis. sed superfluitas residuitatis est in seie 7 hec superfluitas necessitatē non excludit. imo idē ipm̄ quod est necessariū est superfluum sed necessariū sp̄ei. superfluum indiuiduo. necessariū uirtuti generatiue sed superfluum nutritiue. et hec superfluitas nō repugnat bonitati 7 p̄pletioni nature. quia non sonat in uitio sed in p̄plementū. Est 7 alia superfluitas impuritatis sicut stercus 7 urina defluxus reumatis 7 emissio sudoris 7 osimilia. 7 hec est in duplici differentia. quedā uenit ex debilitate uirtutis p̄tētiue 7 uersuue. sicut reuma 7 sudor. 7 talis non fuisset i adā propterea q̄ uirtutes naturales in ipso erāt in suis operationib⁹ efficaces. Alia uero est que uenit ex nutrimenti qualitate et nutrimenti puritate. 7 hec fuisset in adā. qualis est superfluitas egestionis 7 urine que sunt p̄pter separationē puri ab impuro ut id q̄ purum 7 idoneum est assumatur in alimetū illud uero quod est minus idoneū abijciatur exterius. l̄ non cum tanto fetore 7 feditate sicut nunc. 7 hoc satis indicant uasa 7 intestina 7 foramina que sunt homini a sua prima additione naturaliter deputata. Et per hoc patet responsio quasi ad omnia obiecta. Nā primum quod obiicit q̄ ubi est superfluitas ibi est uitiositas. non ualet. quia non habet ueritatem de superfluitate residuitatis q̄lis est superfluitas seminis. **S.** Secūdu aut q̄

obiicit q̄ superfluitas secunde digestionis ē cum feditate 7 ita cum penalitate. similiter nō ualet. quia quāuis illa separatio puri ab impuro sit in nobis cum feditate. in istis ēē sine aliqua fetoris corruptione in attestatōe uirtutis potentie uersuue 7 puritatis nutritiue.

S. Similiter tertium non multum cogit. q̄ semen cum sit superfluum nutritiue necessarium est generatiue. non uenit cum natura ut saluans ipsam in se ut saluans eam in altero transfundere. 7 quāuis non ueniat nature generantis in se ut sic est. uenit tamen nature generati. **S.** Similiter ultimum non cogit quod dicit q̄ decisio est quasi uia ad corruptionē. hoc enim locū habet ubi ē decisio partis necessarie cum quadā uolentia 7 ubi est decisio sine restauratione. hoc autem nō est in seminis decisiōne sicut ostensum est. 7 ita omnia obiecta possūt solui p̄ distinctōes prius factam 7 alia etiam plura media que ad hoc possunt adduci.

Q. Tertio queritur utrum in illa seminis emissionē esset delectatōis intensio. Et q̄ sic uidetur. Natura bene disposita desiderat superfluum emittere. ergo melius disposita magis desiderat emitte. sed natura instituta multo melius erat disposita q̄ natura lapsa. ergo uis generatiua multo magis desiderabat semē emitte quod est superfluum. sed ubi maior est desiderium. ibi in p̄plectiōe multo maior esset delectationis intensio q̄ sit modo. **I.** Itē delectatio est ex diuisione uenientis cui uenienti 7 sensu eiusdem. et ideo dicunt naturales delectationē esse in coitu propter transitū humoris per locum neruosus in quo maxime uiget sensus. si ergo tanta erat tunc cōueniētia uel maior q̄ sit modo. 7 sensus tūc magis uigebat q̄ modo. uidetur q̄ in seminis decisiōne maior tunc q̄ modo esset delectationis intensio. **I.** Itē unaqueq̄ uirt⁹ cognoscitiua delectatur in facilitate 7 p̄plemento sue operationis. hoc per se uerum ē. ergo quanto maior esset p̄pletio 7 facilitas tanto maior esset delectatio. sed uis generatiua in qua uiget sensus tactus facilius et p̄pletius exisset tūc in actum suum q̄ nūc. ergo maior esset ibi delectationis intensio.

I. Item oculus ade amplius delectatur in

aspectu lucis et auditus in auditu cantus sonori quod aspectus vel auditus hominis lapsi. ergo pari ratione in gustu et tactu appposito sibi uenienti multo plus haberet delectari. ergo cum cognouisset uxorem vel cum comedisset maiorem delectationem habuisset.

Sed contra. Aug. dicit de ciui. dei. q. si homo non peccasset sic membra genitalia applicarentur adinuicem sicut modo applicatur manus osi. sed in applicatione manus ad os aut nulla aut modica habetur delectatio. Ergo pari ratione videtur q. nec in contactu illorum membrorum.

Item si tanta esset delectationis intensio tunc quanta est nunc cum modo sit deordinatio in actu generandi propter intensionem delectationis. tunc fuisset generatio deordinata. ergo non esset generatio instituta sed destituta.

Item si in actu illo natura stante esset delectationis intensio cum fortificata minoratur vis alterius videtur q. sicut in illo opere absorbet usus rationis ita et tunc. sed hoc non potest esse sine hominis subuersione. ergo non esset natura ordinata sed inordinata et subuersa.

Item si tanta esset tunc delectatio in presentia et coniunctione sexuum quanta est nunc. ergo similiter tantus esset appetitus in absentia quantus est nunc. sed uehementia desiderij et appetit' excitat pruritus et pruritus uehementia facit membra illa inobedientia rationi et repugnancia. ergo in statu ante lapsum esset pugna et controuersia. quod est contra oes sanctos et contra fidem sinceram. Restat ergo q. tempore nature institute in sexuum coniunctione non erat delectatio intensa.

Item intelligendum est hic duplicem modum esse dicendi. Quidam enim dicere uoluerunt q. tanta uel maior erat delectatio tunc quam nunc et tunc non erat imoderata. tanta erat propter naturalis virtutis perfectionem. imoderata non erat propter inferiorum virtutum subiectionem. ratio enim dominabatur illi delectationi et eam deferrebat in suum finem. et ideo non absorbebat nec erat ibi repugnancia. Et per hoc uolunt soluere obiecta.

Est et alius modus dicendi qui magis concordat verbis Aug. et probabilitati rationis. scilicet q. in decisione feminis et coniunctione sexuum tempore nature institute aliqua fuisset delectatio moderata

et mensurata tamen secundum quod exigebat hominis rectitudo. et secundum quod eam uolebat temperare hominis ratio. et ideo non erat tanta quanta est modo. Nunc enim quod virtus illa maxime exit rationis imperium dum ratio amisit originalis iusticie uinculum et retinaculum per quod imperabat uiribus inferioribus. ideo laxatis sibi habenis toto impetu et conatu se precipitat in delectabile sibi oblatum. non propter intensionem uirtutis mouentis sed propter defectum uirtutis retardantis. unde sicut equus lasciuus rupto freno uelocius currit et impetuosius quam cum infrenatur et detinetur a suo sessore. ideo non habet maiorem uirtutem. sic et in proposito intelligendum est se habere. et hoc est quod dicit Aug. de ciui. dei. Nuptie ille digne felicitate paradisi si peccatum non fuisset et diligendam prolem gigneret et pudendam libidinem non haberet. Et ideo concedende sunt rationes ostendentes q. non esset tunc tanta delectationis intensio quanta et nunc. cum modo tanta sit ut modum et ordinem non obseruet debitum.

Ad illud quod obicitur in contrarium q. natura desiderat emitte superfluitates. dicendum q. uerum est. sed illud desiderium habet terminum et limitem et in natura instituta illud terminum non exiret. nunc autem exit. et ratio prius tacta est.

Ad illud quod obicitur q. delectatio non uenit ex coniunctione. sed etiam ex uirtutis uersione super delectabile. in statu autem nature institute nisi esset coniunctio ueniens cum uenienti et sensus. non tamen tanta esset uirtutis incuruatio et inclinatio quanta est modo. et ideo non esset tam improba et tam intensa delectatio.

Ad illud quod obicitur q. uirtus delectatur in completionem et facilitate sui actus. dicendum q. uerum est. sed tamen adhuc ista delectatio terminum prefixum debet habere et haberet utique si homo stetit. et quoniam illi merito peccati egreditur. hinc est q. amplius delectatur. quamuis delectationis materia non sit maior.

Ad illud quod obicitur q. amplius delectaretur homo in sensu uisus et auditus. dicendum q. uerum est de delectatione naturali que est in uisu et que est in tactu. quoniam uisus delectatur in obiecto quod est nobile et magis accedat ad naturam spiritalem. similiter et auditus. et ideo in beatis delectatio

visus potissime intenditur. tactus uero delectatur in re magis grossa et materiali. et ideo intensio sue delectationis magis repugnat statui spiritali et magis reddit hominem carnalem et animale qualis est homo in statu miserie. Et sic patet quod illud non est simile.

Quarto queritur utrum in illo coitu esset integritatis corruptio. Et quod non uidetur. primo per Augustinum. xlii. de ciui. Sine ulla corruptioe integritatis infunderetur maritus gremio mulieris. ergo uidetur quod si homo sterisset nulla esset integritatis corruptio. Item ubi corruptio est integritatis in re habente sensum est passio uel dolor quod dolor est sensus diuisionis partium sicut dicit philosophus. Si ergo in actu illo fuisset integritatis corruptio cum esset in re habente sensum. esset nihilominus per consequens doloris passio. sed hec passio non poterat esse in natura stante. ergo nec integritatis corruptio. Item ubi est corruptio integritatis est amissio uirginalis dignitatis. sed si homo sterisset in actu illo non fuisset alicuius dignitatis amissio. ergo nec integritatis uolatio. Item corruptio integritatis est principium destructionis et disponens ad mortem. imo talitas enim integritates dicit et priuat corruptione. si ergo statu illo manente tam uir quam mulier erant imortales. ergo integritates per corruptionem aliquam non poterat perdere. Sed contra. Impossibile est semen suscipi et emitti nisi per apertione uiarum. sed in actu generationis fuisset seminum mixtio. ergo fuisset uiarum apertio. si ergo in apertione uiarum est integritatis uirginalis uolatio. ergo. Item quauis naturalia sint deteriorata non tamen sunt ablata. ergo sicut mors non miscetur maritus uxori. ita et tunc. sed nunc non potest misceri sine corruptione integritatis. ergo nec tunc. Item quod aliqua uirgo conceperit hoc est miraculum et proprium solius matris christi. si ergo miraculum est supra naturam et contra naturam. uidetur quod natura stante nulla mulier posset concipere manente uirginitate et corruptionis integritate. quia fetus non posset nisi per aptam portam exire. exire enim per ianuam clausam hoc est solius christi proprium et nature impossibile. Si

ergo esset integritatis corruptio in parte parturitionis et in conceptu. Respondendum quod proposita questio habet plus curiositatis quam utilitatis. quia tamen habet ortum ex uerbis Augustini. ideo introducta est maxime propter explanationem illius uerbi quod dicit quod maritus misceretur uxori sine ulla corruptione integritatis. quod quidem non uidetur esse intelligibile. si enim mulier permaneret integra nunquam esset uiri ad mulierem carnis commixtio. Propter hoc intelligendum est quod integritatis corruptio tria dicit scilicet claustrorum apertione. penalis passio. et sedam delectationem. primum est nature. secundum est pene. tertium uero est corruptionis uitiose que tenet medium inter culpam et penas. si ergo uir uxorem cognouisset in tempore nature institute fuisset ibi claustrorum apertio sicut ostendunt rationes secundo inducte. non tamen fuisset ibi penalis passio ac feda delectatio. quia uis generatiua nec esset corrupta nec esset infecta. imo obediunt rationi illa membra sicut dicit Augustinus. sicut obediunt os manus et lingua. unde sicut manus aperitur et clauditur nec est ibi passio uel pena nec delectatio feda. sic fuisset in natura instituta. nec turpius fuisset tunc loqui de istis membris quam sit loqui de alijs. nunc enim turpe est loqui propter hoc quod natura horret et erubescit actum illum ratione feditatis que in ipso consistit. Et sic patet responsio ad rationes ad preterpositam. omnes enim procedunt de corruptione secundum quod corruptio sonat in uoluntate et penaltates et in delectatione et feditatem. et sic minuit dignitatem uirginalem. Et hoc patet pertractati singulas.

Quinto queritur utrum in qualibet coniunctione uiri et mulieris esset prolis generatio. Et quod sic uidetur. Matrimonium pro tempore innocentie erat solum in officium non in remedium. sed officium consistit in procreando prolem. ergo solum ex hoc erat. Si ergo uir et mulier non coniungebatur matrimoniali nisi propter quod erat matrimonium. uidetur quod nunquam coniuncti essent quin prolem generarent. Item qui debitu reddit in statu nature lapsus preter necessitatem prolis generat de peccato saltem ueniali. ergo ibi uir nunquam debitum peteret preter

necessitate proles pereade. **¶** *aut si peteret peccaret et caderet a statu innocentie. ergo illo statu manente nunquam cognosceret uxorem quin ex ea susciperet prolem cum ibi actus non esset priuatus debita intentione nec intentio debita sine. priuatio enim intentionis recte non est sine pena quorum neutrum erat in natura instituta.* **¶** *Item nunquam homo comedisset quin ex illa comestione supersisset refectione. nec unquam nutritiua in suo actu priuata fuisset proprio effectu. ergo pari ratione generatiua in suo actu nunquam caruisset debito fructu. sed fructus eius est proles. ergo.* **¶** *Item homo nunquam seminasset terras quin ex ea collegisset fructum temporaneum. sterilitas enim non fuit nisi propter hominis culpam. ergo si uenter mulieris ita erat alienus a sterilitate sicut terra tempore nature instituta. ergo nunquam mulierem cognouisset quin ex ea debitum fructum supersisset.* **Sed contra.** *Vis nutritiua semen administrat generatiue. ergo cum homo continue nutretur humor seminarius generatiue continue administratur. ergo uel oportebat hominem extraordinarie pollui. uel naturam grauari extensione seminis. uel aliquando mulierem cognoscere quando non esset apta generare. utpote quando prolem haberet in uentre. si ergo prima membra duo sunt inconuenientia restat ergo tertium. scilicet quod uxorem aliquando cognouisset quando proles non generasset.* **¶** *Item sicut comedere est actus naturalis ita etiam coire. sed homo naturaliter appetit comedere non solum in statu nature lapsae sed etiam instituta. ergo pari ratione naturaliter appetebat coire. sed homo tempore nature instituta debet appetitui nature satisfacere cum natura esset ordinata et ordinate appeteret. alioquin penas sentiret. ergo uidetur quod siue mulier posset concipere siue non. uir preter necessitatem proles generande aliquando mulierem cognosceret.* **¶** *Item ponatur quod adam cognosceret uxorem suam pregnantem. quero aut peccaret. aut non. Si non. ergo non erat necesse quod in omni coitu generaret. Si sic.* **¶** *Contra. Sanctius erat tunc matrimonium quam tempore nature lapsae et eque magne uel maioris efficacie. sed non propter bonum matrimonij excusatur coitus a culpa. scilicet quando nulla est proles generande necessitas. ergo ui-*

detur quod multo fortius tunc. **¶** *Item non erat maior inordinatio in tactu illorum membrorum quam in admoendo manum ad os. sed manus admoeri potest ad os sine aliquo peccato etiam preter necessitatem. ergo uidetur quod adam potuit cognoscere uxorem suam absque peccato preter necessitatem proles generande.* **¶** *Respondeo.* *dicendum quod uir in quolibet actu quo cognouisset uxorem suscepisset ex ea prolem. Et ratio huius est quia congruentia ordinis exigebat et perfectio uirtutis ad hoc sufficebat. Exigebat namque hoc congruentia duplicis ordinis. scilicet uirtutis generatiue ad rationem et utriusque ad finem suum. Vis enim generatiua ordinem habebat ad rationem. ordinem inquam perfecte subiectionis. et ideo in actu non exigebat nisi si finis quod ratio dictabat. ratio autem recta et ordinata dictat nulla re esse utendum nisi ad illud propter quod est. et quia vis generatiua data fuit homini ad proles multiplicationem. ideo recta ratio nunquam diceret. et vis generatiua nunquam exiret in actum nisi propter proles generationem. Hoc enim congruentia ordinis exigebat. perfectio etiam uirtutis aderat que ad hoc sufficebat. quia enim uis generatiua in uiro ad generandum erat potens et sufficiens. nec habebat impedimentum. similiter et in muliere pro suo loco et tempore. ideo cum ordinate cognosceret uir uxorem semper ex ea prolem susciperet propter exigentiam duplicis ordinis et sufficientiam duplicis uirtutis. scilicet generantis et recipientis sicut predictum est. unde rationes hoc ostendentes concedere sunt. **¶** *Ad illud ergo quod primo obicitur in contrarium quod nutritiua semper deseruiet generatiue. respondetur quod ita esset natura adeo ordinata quod nunquam de cibo sumeret nisi adeo temperate quod superfluitas tertie digestionis que quidem dicitur semen non esset sufficienter coadunata quousque teneret hora debita generandi. adam enim in statu innocentie posse nature sue cognouisset et sufficientiam alimenti et tempus et horam quando generare debuisset. et ita uiueret modeste et sobrie quod nec ad superabundantiam nec ad indigentiam declinaret.* **¶** *Ad illud quod obicitur quod naturaliter appeteret coire sicut comedere. respondetur quod non est simile. quia actus comestionis ordinatur ad salutem individui in quo continue fit depositio actus uero generationis ad conseruationem**

speciei et multiplicatione similis quod non oportet continue fieri temporibus determinatis. et ideo non sic esset appetitus naturalis ad coitum sicut est ad cibum nec ita continuus nec ita frequens. si enim in nervis casualis etiam tempore nature lapsus non sic est inclinatio ad coitum sicut ad cibum multo minus nec in adam erat. **¶** autem ita incenditur appetitus uis generatiue hoc potius est corruptionis nature quam institutionis primarie. **¶** Ad illud quod obicitur quod si cognosceret pregnantem non peccaret. videndum pregnantem non potest cognosci sine deordinatione vel que sit vel que videtur. et quia in statu innocentie deordinatione timere poterat. quia non erat ibi titillatio nec pruritus. ideo si tunc cognouisset si sciret se inutiliter cognoscere inordinatus fuisset. et ideo peccasset. nec est simile quod inducit de matrimonio in statu nature lapsus. quia nunc non solus est in officium procreande proles sed et in remedium vitande fornicationis. sicut melius in quarto libro patebit. **¶** Ad illud quod obicitur quod non esset ibi maior deordinatio quam in amouendo manum ad os. videndum quod similitudo illa attenditur quantum ad hoc quod utrumque membrum rationi subiacebat et utrumque occupiscentie pruritu et ardore carebat. in hoc tamen dissimilitudo est. quia magis oportebat actum illum ad finem debitum ordinare quam qualescunque motum manus uel pedis propter determinationem usus illorum membrorum ad procreationem proles. **¶** usus autem manus uel pedis non est ita determinatus. et ideo non oportet tanta deliberatione exerceri.

¶ Extio queritur et ultimo utrum equalis fieret multiplicatio uirorum et mulierum. Et quod sic videtur. Natura sic procederet in generando sicut deus eam instituit. sed deus cum produxit naturam humanam produxit masculum et feminam in pari numero. ergo similiter et naturam in pari numero multiplicasset. **¶** Item generatio hominis non poterat continuari nisi per masculum et feminam. et ita necessaria est ad generationem mulier sicut et masculus. ergo videtur quod natura intendere equaliter utrumque sexum. sed sicut intendebat ita et multiplicabat. ergo **¶** Item sicut uir intendit se sal-

uari in simili. scilicet in uiro quem generat. sic et mulier in consimili. scilicet in muliere. sed natura eque bene esset ordinata in muliere sicut in uiro. ergo si uir non frustraretur sua intentione. similiter nec mulier. ergo quot conciperet masculos ad conseruationem sexus uirilis tot conciperet feminas ad conseruationem sexus muliebri. **¶** Item in statu innocentie sicut quilibet comederet ita quilibet prolem multiplicaret cum omnibus esset dictum. Crescite et multiplicamini. **¶** ergo quilibet uxorem. si ergo matrimonium requiritur quod sint duo in carne una. tot essent uiri quot mulieres nec plures nec pauciores. **¶** Sed contra. Sicut dicit philosophus in libro de animalibus. femina est uir occasionatus. ergo uidetur esse preter nature intentionem. sed tempore nature institute cum natura esset recta nihil produceretur preter intentionem ipsius. ergo uidetur quod nulla mulier generaretur. uel saltem paucior. ergo plures essent uiri quam mulieres. **¶** Item sicut uult philosophus natura semper desiderat quod melius est. sed sexus uirilis perfectior est et melior quam sexus muliebri. ergo natura magis desideraret generare uiros quam mulieres. si ergo produceret finem quod desideraret plures produceret uiros quam mulieres. **¶** Item generatio maris est propter uigorem uirtutis generantis et seminis decisi sicut dicunt naturales et medici. sed in statu nature institute uirtus generatiua et semen decisum completam et sufficientem haberet uirtutem. ergo semper vel pluries masculos generari contingeret. **¶** Item cum semen uiri prediatur semini mulieris tunc ad propriam naturam trahit et conuertit. scilicet finem ordinem nature masculus potentior est scilicet. ergo natura stante semper uel pluries uinceret semen uirile. ergo pluries generaret natura masculos quam feminas. **¶** R. vbi quod si homo sterisset equaliter natura multiplicaret uiros et mulieres. Rationem autem huius facile est accipere a parte finis ad quem. sed difficile est accipere a parte principij a quo. A parte namque finis ad quem ratio est in promptu. cum enim distinctio sexuum esset propter multiplicationem generis humani et completionem numeri electorum. et illa multiplicatio ad omnes spectaret hoc soli per legem matrimonij in qua tamen una erat unius. necesse est si natura sterisset tot

fuisse mulieres quot viros cum nulla mulier careret viro. et nullus uir careret uxore. nec una esse plurimum nec plures unius. **R**oes autem a parte principij effectui assignare est difficile potest tamen sic inuestigare descendendo ad principia alterius scientie. scilicet naturalis et medicine quare utraqz famulari huius theologie. magna est enim questio apud naturales et medicos de distantia generatiois maris et femine.

Et cum queritur quare modo mas. modo semina generatur. triplex ratio redditur a diuersis. **U**na a parte uasis suscipientis. si enim suscipitur in parte dextra dicitur quod ibi generatur uir propter fortis calorem qui ibi viget. **S**i in parte sinistra sic generatur huius mulier. **S**ecunda ratio redditur ex parte coniunctionis utriusque seminis. scilicet viri et mulieris. si enim predinatur semen uiri trahitur ad naturam viri et generatur masculus. **S**i uero semen mulieris tunc trahitur ad suam naturam et generatur sexus femininus. **T**ertia ratio redditur ex parte virtutis seminis uirilis. si semen uirile fuerit virtutis fortis ex concursu triplicis caloris et spiritus in ipso existentis. tunc fit fortior coagulatio et plexio et generatur sexus uigorosus scilicet masculinus. **S**i autem fuerit virtutis debilis tunc fit coagulatio mollior et fragilior. et generatur ex eo sexus infirmus. scilicet femininus. **N**ec autem hoc tertio dicta principalior est inter istas tres. nec alie habent efficaciam nisi ab ista. **N**am sicut uult philosophus principaliter mouens in generatione siue maris siue femine est semen uirile. et ideo nec semen mulieris proprie habet semini uiri predominari nisi hoc dicatur propter debilitatem seminis uirilis qua accedit ad conformitatem seminis mulieris. **N**ec locus matris facit diuersitatem principaliter sicut principaliter mouens sed sicut cooperans principaliter mouenti que quidem est fortitudo uel debilitas in uirtute seminis uirilis. **S**i autem queratur que sit ratio diuersitatis in debilitate et uirtute uirilis seminis. triplex etiam ratio potest reddi. **U**na est propter caliditatem et bonam dispositionem membri a quo fit seminis generatio et per quod fit seminis transfusio. ita quod nec excedit in caliditate nec declinat ad frigiditatem. tunc enim semen quod ab illo membro transfunditur est fortis uirtutis et uigoris. **S**i autem membrum se habet in opposita dispositione. tunc semen est uirtutis debilis. **A**lia

ratio potest sumi ex parte exterioris adiutorij ut pote alimenti et uenti et temporis que multum faciunt ad uigorationem uel debilitationem uirtutis. **B**oreas enim suo flatu uirtutes uigorat dum eam recludit interius. sed auster debilitat dum eam exalare facit. sicut etiam cibus et tempus. et quando exteriores dispositiones concurrunt que uirtutes habent uigorare tunc semen est fortis uirtutis. quando uero sunt in contraria dispositione. tunc semen est uirtutis debilis. **T**ertia ratio sumitur ex parte anime. uis enim generatiua multum confortatur accidentibus anime et imaginatibus. secundum quod per experimentum patet. nam ex memoria delectationis frequenter fit excitatio pruritus carnis. et ex imaginatione forti in somnis fit effusio seminis sicut fit ad potentiam mulieris. et uis formatiua que est precipua uirtus in semine multum adiuuatur ab imaginatiua secundum quod extra ponuntur et sunt in sacra scriptura et etiam in medicina ut patet in ouibus iacob **Gen. xxx.** et narratur pro exemplo quod mulier que uanum aspicebat cum a uiro cognoscebatur omnes filios uanos concipiebat. **I**tem has autem rationes cum omnes sint bone et faciant ad seminis uigorationem per istam nature lapsum. precipua sumitur ratio ex parte coniunctionis membri. alie due sunt animalares solum uel impedientes. scilicet tempore nature institute in qua corpus subiectum erat anime principaliter sumitur ratio generationis maris et femine a parte uirtutis animalis mouentis et imaginantis. cum enim uir intendere et uellet generare uirum. tunc uigoreret uirtus naturalis eius in agendo et esset semen maioris uirtutis et generaretur sexus uigorosus siue masculus. quando uero uellet et imaginaretur generare sexum femininum. tunc minus forti impressione ageret in naturam inferiorem corporalem. et tunc semen esset minus forte et generaretur sexus femininus. et ideo in tempore nature institute generatio maris et femine subesset uoluntati rationali. et quoniam ratio dictaret omnia facienda esse ordinate et tot producere mulieres quot uiros ut quilibet uir haberet adiutorium simile sibi secundum exigentiam legis matrimonij. ideo tunc uiros et mulieres produceret in numero equali. nunc autem quod generatiua non omnino subest

uirtuti animali. i. imaginarie nec etiā rōali.
Iz ei aliquo modo 3formetur. sed magis va
riatur penes dispositōez mēbri 7 exterioris
adiutorij. hinc ē q. nō ē certa determinatio
numeri nec in uiris nec in feminis gñandis.
Vnde modo qñ credit generare feminā ge
nerat masculū 7 econuerso. et aliqui plures
habēt feminas. aliqui plures masculos. Sic
ergo p3 q. si homo sterisset in equali nūero
fieret multiplicatio uiroz 7 muliez. Vñ rōes
hoc oñdentes 3cedēde sunt. ¶ Ad illud autē
quod primo obī q. femina dicitur uir occasi
onatus. dō q. phis nō uult dicere q. femina
sit preter nature intentōez fm q. uirt⁹ natu
re aliqū defectū habet in productōe mulie
ris respectu pductōis uiri. ille autē defectus nō
re pugnat ordini nature sed potius saluat.
fm. n. ordinē nature sicut pducitur in eodē
corpore quedā mēbra magis fortia. quedā
minus. sic pducitur in eadē specie quedam
induidua unius sexus quedā alterius. 7 ideo
Iz ille defectus qui ordinē nature corrumpit
utpote est ille qui est causa defectus membri
uel bone dispositōis sit preter nature inten
tionē. gñatio tñ mlieris nec ē preter naturā
nec 3 naturā sz fm naturā. ¶ Ad illud quod
obī natura semper desiderat illud qd meli⁹
est. dō q. nō intelligitur q. semp desideret
melius simpli sed melius in ordine. Iz autē
sexus masculin⁹ melior sit in se q3 femine⁹
nō tñ ita esset sufficiēter salus nature in solo
uirili sexu sicut est in uirili 7 muliebri. 7 ideo
natura magis desiderat utriq3 q3 alterz solū
¶ Ad illud quod obī q. semen uiri pdomi
nabatur semini mulieris. dō illa rō 3 sane
intelligi ad hoc q. ualeat. pprie. n. loquēdo
nūq3 semen mulieris pñatur semini uiri
sed non dicitur pñari semen mulieris. q3
semen mulieris adeo est debilis uirtutis q.
magis idoneū ad pductōez sex⁹ muliebris
q3 uirilis. Hoc autē modo potuit eē in statu
primo sicut pretactū ē. Et per hoc p3 rñsio
ad aliud quod obī de fortitudine caloris et
uirtutis. gradus. n. ibi fuissent 3 ordinē et 3
exigentiam fms. ita q. uir aliqñ operaretur
actione magis fortificata in pductione uiri.
aliqñ minus fortificata in pductōe mulieris.
Si quis autē uellet dicere sicut aliqui existi
mant q. mulier semp gemellos 3ciperet ita

q. pars dextra attraheret quod est maioris
uirtutis de semine ad gñatōez sexus uirilis.
7 pars sinistra quod est uirtutis magis debi
lis ad gñatōem sexus feminei. tunc facile eēt
ad ea que obiecta sunt rñdere. hoc autē nec
de facili probatur certitudine rōis. 7 ideo
modus soluendi prehabitus uidetur eē ma
gis rōnabilis.

In parte ista sunt dubitatōes circa
lit. Et primo de hoc quod dicit. q.
infirmas prona ad ruinā turpitu
dinis excipitur honestate nuptiarū. Ex hoc
n. uidetur dicere q. non possit act⁹ ille sine
peccato 7 turpitudine exerceri. Sed contra
hoc est. quia omnis actus qui est in precepto
potest fieri sine peccato. ergo 7 coitus.

R. dicendū q. hoc non dicitur de turpitu
dine que sonat in culpā sed q. magis sonet
in penā. vel si de illa intelligatur tūc nuptie
ita excipiunt pronitatem carnis q. actus ille
asq3 omni peccato potest fieri. Vnde qd di
cit magister q. nuptie ordinat actus illū nō
est intelligendū rōne inordinatōis que sit in
actu illo sed que inesset nisi esset matrimo
niū. de hoc autem diffus. us agetur in qñto
in tractatu de matrimonio. ¶ Item queritur
de hoc quod dicit q. in paradiso eēt nuptie
honorabiles. uidef. n. q. similē sint honora
biles in statu ecclesie cum sint sacramentū
magis sicut dicit apo. Ephe. v. cum etiam
approbet a iure naturali. Si tu dicas q. ho
norabilitas nuptiarū attenditur quantum ad
actū illum. tunc queritur quare magis actus
ille cum est honestus et castus sit cū pudore
q3 alius actus in quo est culpe deordinatio.
Magis enim uerecūdatur quis de actu illo
honesto 7 caste facto q3 de alio actu inordi
nato. utpote cognoscere uxorem q3 pcutere
seruū. ¶ R. dō q. est loqui de nuptijs qñtū
ad significatū. 7 quantū ad fructū. 7 quantū
ad actum. Et quantū ad hec tria honorabi
les erant in paradiso. in statu uero miserie
quāuis sint honorabiles quantū ad signifi
catū 7 fructū. habent tamen pudorez ānexam
quantū ad actum. quia omnis homo utens
rōne actum illum erubescit exercere coram
alijs etiam cum propria uxore. Rationē autē
hui⁹ assignat aug. in. xiiij. de ci. dei. quia cū
rō deberet dominari corpi magis erubescit

q. ipa subiiciatur alicui parti corporis et q. aliqua pars corporis dominetur ei q. ipa inordinate dominetur sibi. et ideo magis ue recitatur de ardore libidinis que est in actu illo q. de perturbatōe furoris que est in cōmunicando seruo. **I**tem queritur de hoc quod dicitur. **D**eus nondū iusserat ut coirent. **H**oc enim uidetur esse falsum. quia dī gū. i. **C**rescite et multiplicamini et replete terrā. **O**stat q. hoc dictū ē quantū ad actū generatiue. ergo **n**. **I**uxta hoc queritur si mā datū illud omnes obligat. q. si sic. ergo uidetur q. transgressi sint. quia non coierunt in statu innocentie. si n. ergo uidet q. poterant continē seruare vīginitatē. **I**te queritur utrum illud mandatū maneat adhuc. q. si manet. ergo non licet alicui seruare uirginitatē. q. si est vtra ap. qui dicit. i. cor. vii. **N**olo oēs vos eē sicut ego sum. **L**oquitur de castitate. **S**i vō obligat modo quero quādo reuocatū ē. **U**idetur etiā q. modo sint melioris cōditiōis homines q. tunc. quia modo possunt seruare uirginitatē. tunc autē non poterant. **R**. vō q. illud mandatū datū fuit uiro et mulieri in statu innocentie. sed cū eēt mandatu affirmatiuū non obligabat ad semper s. pro loco et tempore. determinatio autē tēporis dependebat ex reuelatione diuine vōluntatis. quia deus nondū eis reuelauerat. ideo dicit magr q. non iusserat. **A**d illud quod queritur utrum illud mandatū fuerit reuocatū. vō q. aliter obligabat tpe nature institute. aliter nūc. tunc. n. oēs obligabat. qz omnib⁹ erat in offm. nunc autē non obligat omnes p. eo q. multi sunt qui sufficiūt illud implere alijs uirginitatē seruantib⁹. hoc autē cōsiliū cōpetit statui nature lapsē. non autē nature institute. quia tunc cū nulla esset pronitas non eēt maior uirtus cōtinere q. nubere. et omnes prolem ad cultū generarent. nunc autē propter difficultatē et arduitatē oīo cōtinere magne est uirtutis et dignitatis. **E**t sic patent ea que obijciuntur. **I**tem queritur de hoc quod dicit. **C**ompleto numero sine morte corpora in alia qualitatē transirent. **U**idetur enim hec positio esse incōueniens. **P**rimū quia magnū dispendiū eēt parentib⁹ si tanto tempore gloria eorū differretur quo usq. electorū numerus impleteretur. et iterū si

spes que differtur affligit animā. uidetur q. in eis esset aliqua afflictio. **R**ursus cū numerus electorū futurus sit in magna multitudi ne quō possent oēs hoīes in tra paradisi spatiū cōtinere. hoc non uidetur esse probabile. **S**i tu dicas ppter hoc q. parentes transferretur absq. filijs et glorificarentur. hoc n. uidetur cōueniens. quia ad magnificentia dei spectat omnes simul glorificari sicut faciet i die iudicij in generali resurrectione. **E**t vō breuiter q. ista secūda opinio probabilior ē sicut dicte rōnes ostendunt. **N**ec obstat illd de simultate glorificatiōis. hoc. n. magis est ppter iudiciū et resurrectionē corporū quā de cet esse simul q. ppter beatitudinis collatiōnē. **H**uius rō expslius habetur in quarto tractatu de resurrectione. **I**te queritur vō hoc quod dicit. q. in paruulis expectaretur etas ad ambulandū et loquēdū sicut modo. **N**āc enim opinione uidetur magister approbare. sed est vtra vbum aug. precedens paulo añ hoc. dicit. n. sic. **I**nfirmis mētis cōgruit hec infirmitas carnis. **I**te si natura humana potentior et nobilior est q. brutalis. et quorūdā animalū fetus statim cū nascitur pnt ambulare. multo fortū uidetur q. filij hoīū **R**. vō q. magister nullā istarū opinionū intendit asserere. et dubiū est utrū sic uel sic eēt. n. b. n. o. m. i. n. u. s. t. a. m. e. h. a. n. c. o. p. i. n. i. o. n. e. a. p. p. r. o. b. a. t. t. a. n. q. p. r. o. b. a. b. i. l. i. o. r. e. q. u. e. d. i. c. i. t. p. u. n. l. o. s. p. a. u. l. a. t. i. n. e. p. r. o. f. i. c. i. r. e. et c. r. e. s. c. e. r. e. a. d. u. s. u. m. m. e. m. b. r. o. r. u. m. **N**ec hoc dicit sine rōe. teneritudo enim mēbrorum debetur proli hominis propter bonitatem cōplexionis cōgruentia nature que procedit a debiliōri cōplexione ad formatiōnem. vnde paruuli habent teneriora mēbra q. adulti. processus autem in incremento n. esset miraculosus sed naturalis etiā tēpore nature institute. et ideo rōabiliter hunc modū dicēdi magister magis approbat. **V**bum aug. precedens intelligitur de infantia rōne incōmodorū cōcomitantū eam. non ratione imperfectōis membrorum. **A**d illud q. obī de illis generibus animalū. nō ualet. q. z alterius sunt cōplexionis et organisatiōis. **I**tem queritur de hoc quod dicit. paruulos per interuallū tēpōis in senū et cognitiōe proficere. cum enim aīa rōnalis nō senescit i tpe nō uidetur fm cōditiōes tēpōis alterari.

Ite deus fecit aia: ade perfectā scientia, ergo pari rōne fecisset aiam filioꝝ si ipse sic fuisset. **R**es. vñ ad hoc qd hec ē probabilior positio qd aliquo mō per intervalla tēpōꝝ in sensu ⁊ cognitiōe p̄ficerent. aia enim dū est in corpore 3plexiōe corpis imitatur. ⁊ qm̄ infantia ē mollis ⁊ fluida 3plexiō cerebri. iō nō pōt ibi eē fortis impressiō sp̄s nec fortis uersio super illas. vñde facies non relinquitur in aqua mota sic paruuli non eēnt idonei statim ad usum cognitiōis. **Q**uō ergo obī qd aia non alteratur in tēpōe. uex est quātum est de se sꝫ rōne corporis cui iūgitur quod crescit ⁊ in tēpōe fortificatur. **A**d illud vñ quod obiicit qd habetꝫ habitū. vñ qd si puer h̄ret sciam quātū ad habitū. nō tñ haberet quātū ad actualē 3siderationē ppter organī ineptitudinē. sicut etiā nō h̄nt dormientes. vñde sicut paruuli baptizati dicūtur habere v̄tutes in munere non in usu uel actu. sic intelligēdū est paruulos illos sciam habuisse ⁊ postmodū 3plexione facta habili ad 3siderandū statim eēnt in actu 3siderationis sine penuria ⁊ labore. ⁊ potissime uex eēt in eis illud v̄bū p̄i qd dicit. in sedendo ⁊ in quiescendo fit aia prudens ⁊ sciens cū sessio et quies dicatur 3 motū ⁊ fluxibilitatē 3plexionis. **I**te queritur de hoc qd dicit. **P**receptū addidit obedientie. **Q**uare dñs addidit preceptum sup̄ preceptū: ⁊ quare tot fuerūt precepta que homini dedit. **E**t iterū quare preceptū obedientie sue discipline pot⁹ fuit negatiuū q̄s affirmatiuū. **R**es. R̄spondēdū ē ad hoc breuiter qd tria dñs fecit eis precepta in principio. vñ. s. quod fuit. crescite ⁊ multiplicamini. aliud fuit. de ligno paradisi comedite. tertiu fuit. de ligno sciētie boni ⁊ mali nolite comedere. **N**umeris autē ⁊ sufficiētia istōꝝ preceptōꝝ potest sumi duplī. vñ mō sic. **Q**uoddā. n. est preceptū quod ordinat ad deum. et illud fuit preceptū obedientie. **Q**uoddā quod ordinat ad p̄ximū. et istud fuit de mulctū. gñe. **Q**uoddā quod ad se ip̄m. ⁊ hoc fuit preceptū de comestione. **S**ecundo modo sic. ut quoddā preceptū respiciat corpus. ⁊ hoc est preceptū de comedendo. **Q**uoddā respiciat animā. ⁊ hoc est preceptū 3 abstinēdo. **P**receptū autē discipline fuit negatiuū ut facilius eēt eius obseruan-

tia. ⁊ homo non posset de transgressiōe vel
omissione habere excusationem. Et in hoc
terminatur totalis illa pars huius libri que ē
de hominis constitutione.

Distinctio. xxj. 2

Quens autē diabolus hoies ⁊c.
Terminata prima parte principalī h^o totalis libri in q̄ agit mag^r de hois cōditōe sequitur secūda p^a principalis in qua agit de lapsu. Et qm̄ lapsus hois est per peccm. ⁊ peccm hō minis ē triplex. Quoddā in quo psona corrūpit naturā. et hoc fuit peccatū primī hois. Quoddā in quo natura corrūpit psonā. et hoc est originale. Quoddā in quo persona corrūpit seipsaz. et hoc est actuale. Ideo p^a ista habz tres partes. In prima determinat mag^r de peccō primoz parentū. In scōda uero determinat de peccō originali qđ ab illo fuit causatū. infra vi. xxx. In supiorib^{us} insinuatū ē ⁊c. In tertia uero de peccō actuali. infra vi. xxxiij. Post predicta de peccato actuali ⁊c. Prima pars in qua determinat de peccato primoz parentū hz duas. In prima determinat modū trāsgrediēdi. In secūda vō ondit hois culpa. ondit qđ hō habuit potētiā resistendi. siue in prima determinat de culpa p quā cecidit. In secūda vō potētiā p quā stare potuit. infra vi. xliij. Nūc diligenter inuestigari opozet. ⁊c. Et quonīa culpa siue peccatū ade cōparationē habet ad diabolu tentantē ⁊ ad hominē cadentē ⁊ ad deū permit tentē. Ideo prima pars habet tres partes. In prima determinat de diaboli tentatione. In secūda uero determinat de hominis trāsgressionē. infra vi. xxij. Nūc uidetur diligēter inuestigādū ⁊c. In tertia uero determinat de dei permissione infra vi. xxij. Præterea solet queri ⁊c. Prima pars cōtinet p̄tētem ei sūctionē ⁊ potest diuidi in tres partes. In prima magister determinat qualit^r primī parentes fuerunt tentati. In secūda vō determinat generaliter modos tētādū. ibi Porro sciēdū ē duas eē spēs tētādōis. In tertia vō cōcludit p̄p̄ tētādōez p̄ambulā remissibilitatē hūani peccī ibi Nō igit q̄ sola exiōri tētādōe ⁊c. Duab^{us} ultimis p̄tib^{us} remanēt ibi adiūsis. prima p^a hz tres p̄tes. In prima determinat vō tētādōe hois q̄tū ad motū. s. p̄mo. c.